GYŐRI

TÖRTÉNELMI ÉS RÉGÉSZETI FÜZETEK.

SIMOR JÁNOS

GYŐRI PÜSPÖK Ő MÉLTÓSÁGA KEGYES PÁRTOLÁSA MELLETT

KIADJÁK

RÁTH KÁROLY és tdr. RÓMER FLÓRIS

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA TAGJAI.

I. KÖTET.

Széchényi György levelének hasonmássa, a Német-Jáhrndorfi szentségmutató, a Bőnyi reformatus egyház kelyhe, Hunyady János ország-kormányzó által a Békássy családnak adott cimeres levelével.

GYŐR. 1861.
NYOMATOTT SAUERVEIN GÉZÁNÁL.

XXXI.

V. LÁSZLÓ MAGYAR, CSEH stb.

királynak (a római pápa, a görög császár, Sicilia és Arragonia királya, a modenai herceg, a velencei doge, a szerb despot, a páviai püspök, a lublói kapitány s többekhez) továbbá a magyar országgyülésnek (a pápához) és Kázmér lengyel királynak (V. László királyhoz irt) levelei.

(Közli Ráth Károly.)

(Bevezetés tdr. Römer Flóristól.)

Mult tavasszal gróf Viczay Héder ő méltósága kitünő vendégszeretetében részesülvén, megláttuk mind azt, mi akár müemléki, akár könyvészeti tekintetből, a mult században europai hirü hédervári Muzeum romjaiból fennmaradt. Legmegelőzőbb nagylelküséggel engedé át méltóságos háziurunk mind azt, mit tanulmányozásra fel akaránk használni. Mig én a vár-templom- és a tekintélyes régiségtárban fürkésztem és jegyezgettem, forgatá Ráth barátom a könyveket, irományokat és a gazdag régi térkép gyüjteményt. Itt ötlött szemébe ezen jeles kézirat, melyben ösztönszerüleg vélé a hirneves szerzőnek még nehány kiadatlan levelét rejleni.

Mily nagy vala meglepetésünk, midőn nem csak a kezünknél lévő kiadásban Schwandtner: „Scriptores rervm Hvngaricarvm veteres ac genvini“ cimü gyüjteményének második kötetében az első oldaltól a 106-dik oldalig Zrednai János, királyi korlátnok, levelei között az alúl közlötteket nem találtuk, de azok eddigi ki nem jöttét, a legilletékesebb történészeink is bizonyíták.

Mi a másolat külsejét illeti, azt itt annál inkább közlendőnek véltem, mivel csonka levén, mintegy alapos

gyanunk lehet, miszerént tán még ily vastagságu férc férhetett el ezen burában; meglehet hogy a külső jelek után indulva valaki még e megbecsülhetlen mű másik érdekesb részét is megtalálja. Áll pedig azon egy ív alaku férc, melyet valamely szerencsés véletlen számunkra fenntartott, 30 ívből s minthogy az első 6 beiratlan, 114 irott lapból. Az ív széle levágatása előtt, egy lábnyi magasságu, 8″-nyi szélességü lehetett. A papir közép vastagságu, nagyon göröngyös, sárgás szinü és fölötte itatós, ugy annyira, hogy két-három lap olvasása után szemünk üdüléseig az irást le kell tennünk. A vizjel tojásdad paizsból áll, a szokásos sisaklomb szalagokkal. A paizs közepe négy részre oszlik, a felső szeleményben hatágu csillag látható, az alatta álló két egyenlő, vizarányos gerenda felsője üres, alsójában G K R. betük láthatók, az alsó szelemény szinte üres.

A belső széle 7‴, a külső 21‴-nyi; a valami Árral jegyzett keret közt 36—37 sor sürü, gömbölyü kevés röviditéssel tarkázott irás foglaltatik, lapszám nélkül de őrszemmel ellátva; a szélek sok jegyzetet mutatnak, az évszámok régi arabszám alakuak, néha latin betüszámak által is kifejezvék.

A könyv táblája hártyába köttetett, melyen egy régi szótár maradvány olvasható; p. o. Eruca ce ab erodo erodis derivatur hec eruca ce modicus uermis frondium quasi erroda. Item erroca est quedam herba. Et tunc dicitur eruca quia ignee sit . . . . . Est in cibo sepe sumpta veneris incendium mouet Et producit penultimam Ouidius Non te minus erucas video vitare fallaces. Eructo tas in ructus vide. Eructuo, Erudio, Erugine, Erugo, Erumna, Escaria, Esculentus, Esculus, Esquilie, stb. Kötője keskeny birkabőr szalagokból áll, kivül 25 számmal jelölve; a tábla belsején O— II. — 25. 30. Arcus

N. 14 látható, mint a gyüjtemény jegyzőkönyvi száma és jegyei. A hatodik lapon fölül későbbi irással: Zredna Secretarius Joannis Hunyadi Gubernatoris.

Mi az ujonnan közlött levelek belértékét illeti, s menynyire képesek ezek honi és a külföld történelmére némi fényt árasztani, itélje meg a kegyes olvasó; azonban nem lehet nem figyelmeztetnünk ügyfeleinket a XI-dik és XII-dik Alfons

királyhoz és Borgio fejedelemhez irt levelekre, melyekből a királynak a történelmi tudomány iránti szenvedélye kitünik, és fejedelmeink müveltségi állapotára nézve nem csekély érdekkel bir.

Adja a jó Isten, hogy a netán valahol lappangó folytatás is mielébb oly kezekbe kerüljön, melyek nem sajnálandják füzeteink becsét közlésük által emelni.

* * *

Schwandtner kiadása s a jelen kézirat közt a következő csekély különségek léteznek:

28. l. A 9-dik sorban, a keltnél nem mint Schwandtnernál XVIII. die mensis Aprilis, hanem XXVIII die mensis Aprilis áll.

45—46. l. Hunyady aláirása a kéziratban elül, Schwandtnernál rendesen hátul áll.

47. l. Szinte.

49. l. Schwandtnernál a külcimezés rendesen elül, kéziratunkban a levél végén olvasható; de ott az aláirás „Jo: Gubernator" hiányzik, mi kéziratunkban pótolva van.

50. l. A pápához intézett levél külcime: „Sanctissimo in Christo Patri, et domino, domino Nicolao, divina providentia Sanctae Romanae ac Vniversalis Ecclesiae svmmo Pontifici domino meo metvendissimo." — és az aláirás itt elöl jegyeztetik: „Jo: etc." Schwandtnernál csak röviden emlitve, s aláirás megemlitése nélkül.

54. l. A keltnél kéziratunkban 1447, Schwandtnernál 1448 áll.

56. l. A kéziratban az aláirás elül van, Schwandtnernál hátul.

57. l. Schwandtnernál a kelt hónap Decembris, kéziratunkban Septembris áll, ez utóbbi helyesen.

64. l. Az első két sor: Ex parte Johannis Gvbernatoris, ad Dominvm Nicolavm Papam" kéziratunkban ki van hagyva, s az aláirás a külcim után áll.

66. l. Schwandtnernál az aláirás Johannes hiányzik.

73. l. Schwandtnernál az aláírás Johannes Gubernator elmaradt, a kéziratban a külcim után áll.

80. l. Schwandtnernál az aláírás a külcimhez van csatolva.

81. l. Az e laponi külcim a kéziratból kimaradt.

88. l. „Ex parte Gvbernatoris ad Fratrem Valentinum, Poenitenciarivm Pontificis" — a kéziratból kimaradt.

100. l. A 74-dik levél aláírása „Johannes Episcopus Waradiensis. „Schwandtnernál kimaradt, s ennél a kelt XVIII. Marty, a kéziratban XVII., bizonynyal kéziratunk kelte hitelesb, mert az előtte és utánna álló levelek is Martius 17-dikén keltek.

106. l. A kéziratban az aláírás „Pavlus de Iwanich" stb. hiányzik, a 9-dik jegyzet igy végzi szavait: „mihi notam non impingas. Paulus." Kéziratunkban az impingas szó után ez áll még: „Deo gratias. I H C. XPVS. MARIA."

S. Franciscus. magnificamus dominum qui creauit nos.

* * *

Schwandtner a 104-dik lapon levő LXXVIII-dik levéllel s a 105-dik lapon levő s 106-dik lapon bevégzett Epilogvs-sal bevégzi a munkát.

Ezen csonka kézirat hogy XV-dik századi iratról — tán magáról az eredeti fogalmazatról — másoltatott le a mult században, az kétségkivüli. Ezt bizonyitja főleg az arab számoknak, különösen a négyesnek tökéletes utánzása, mit főleg a leiró tudatlanságának lehet tulajdonitani, ki annak jelentőségét nem tudván, csak utánozva irta le.

De lássuk már most a leveleket.

Kéziratunk 98-dik lapján igy folytatja az érdekes leveleket.

I.

V. László Magyar, Cseh stb. országok királya felkéri a pápát, hogy a keresztény Görög császárságnak a Török kezéböli kimentése érdemében az europai fejedelmeket segélyre szóllitsa fel. Bécs, 1453, Jánuár 16.

Pro facto Graecorvm ad dominum Papam.

Beatissime pater, et domine noster reuerendissime. Rumor publicus iam diu regnorum nostrorum compleuit penetralia, de infaustis casibus ac minacibus rebus Impery orientalis, atque Constantinopolitanae Vrbis; Quem quidem rumorem nuper aduentus Oratorum Illustris dominj Imperatoris Romeorum, et declarauit magis, et confirmauit; Qui cum in praesentia, ac in publica Curiae Nostrae audientia constituti, angustias, praessuras, et anxietates plurimas augustae olim illius Vrbis, explicassent, conclamarunt pariter non tam verbis, quam eiulatibus dolorosis, futurum e proximo (ni subueniatur) eiusdem ciuitatis excidium, secuturamque exinde Christianae religionis iacturam manifestam, Insultus, excursionesque hostium multis iam vulneribus passa est et experta, non tam armis, quam dente petitur, atque hoc solum restat, ut in uicino tempore terra, marique calamitosa obsidione claudatur. Et quidem Beatissime Pater, licet non dubitemus, iusta semper esse dei nostri iudicia, eaque uocibus rebellibus exprobrare nephas ducamus, dum tamen ciuitatis ipsius conditio, dum ciuium eius humana charitas, et christiana humanitas, apud nostram presentiam reuoluuntur, miseret nos anxietatis eius, talisque et tanta intercedit compassio, ut nos ex corde et animo cogat dolori ipsius condolere: declaratur enim nobis inter caetera, hanc fuisse in orientalibus partibus ciuitatem praecipuam, in qua christianae libertatis portus, seruitutis uero propulsio, ac laxamentum consistebat; haec uti didicimus captiuorum suscipiebat perfugia, fouebat latibula, et liberationem procurabat; haec uindicabat in libertatem seruos, haec denique exulantes patriae condonabat; In cuius ruina atque occasu quid aliud quam totam simul circumuicinam

christianorum libertatem casuram putemus? et in quo maxime casu, seruitus fidelium illic degentium, ac illac de caetero succedentium né cumulari solum, sed et confirmari uidebitur. Quamobrem, quamuis inter caeteras omnes curas nostras, quibus in hac nostra et aetatis et Regni nouitate occupamur, magnum nobis arsit desiderium intendendi ad remedia, hisce casibus opportuna, utpote in quibus de communi nobis vltrocitroque cum dicta ciuitate, sorte agitur, quia tamen haec ipsa quam tetigimus regiminis nostri nouitas, ac principium, et nondum plena dispositio rerum status nostri, Item potissime, tractatus quidam treugarum in nostra absentia, cum Teucrorum Imperatore habiti, recto nobis impedimento obsistunt, quominus huic nostro desiderio celeriter satisfieri ualeat; Compellimur igitur casus ipsos, et omnes has christicolarum necessitates, apud Sanctitatem Vestram, quae communis omnium et tutor et pater est, deponere, ac etiam proponere, rogando et obsecrando, ut Vestra Beatitudo, causam hanc afflicte Ciuitatis supratactae, ac ruituri vel potius perituri illius orientalis christianorum status et Impery ante oculos ponat, considerataque rerum necessitate, et nec minus religionis necessitudine ac praecipue, cujus sit maxime haec ipsa res quae agitur, tot et tantis malis venturis remedium adhibeat, atque ne aetas temporis nostri, de malo succedat in peius, auxilio et adiutorio possibili adasse (igy? adesse h.) dignetur; Quodquidem auxilium ut cumulatius esse ualeat, recurrat S. V. solito more ad omnes uicinos Catholicos Principes, eosque litteris et scriptis suis hortari, monereque et inducere uelit, ac etiam excitare, quatenus his ipsis tam grauibus et fidei, et fidelium casibus opitulari non negligant; Quantum vero ad partem nostram, cum sciamus nos progenitoribus nostris non solum in Regna, verum etiam in arma haereditaria, atque aduersum infideles perpetua successisse, enitemur diuino, et nostrorum fratrum, affinium, et subditorum auxilio et assistentia, intendemusque omni cura et modo possibili, ad haec eadem pericula, quae dictam ciuitatem, et nec minus statum nostrum in illius ciuitatis casu perurgent propulsanda, non desit modo interim opportunus (ut premisimus) Sanctitatis Vestrae succursus; Quam dominus conseruet foeliciter. Datum Wiennae die XVI. Mensis January.

Anno Dominj Millesimo, Quadringentesimo, Quinquagesimo tertio.

II.

V-dik László király levele a constantinopoli görög császárhoz, melyben irja hogy követeitől megérté a birodalom veszélyes állapotát, serkenti a Török előnyomulásának meggátlására és Constantinopol védelmére; irja továbbá, miszerént segélyezése végett mind a romai pápához, mind az europai fejedelmekhez irt, maga pedig ősei szokása szerént semmit sem fog elmulasztani jogai megvédelmezésére. Bécs, 1453. Január 16.

In eodem facto.

Ladislaus etc. Illustrissimo principi Constantino in christo fideli Imperatori Romeorum Paleologo semper augusto; Salutem, et prosperos ad vota successus. Illustris princeps frater noster in christo charissime; venerant Nuncy Vestri cum litteris ad conspectum nostrum, qui in primis bonae valetudinis et incolumitatis Vestrae grati admodum apud nos relatores fuerunt, ac deinde explicauerunt etiam in publica audientia, doloris satis uerbis multa de statu, timore, ac pariter tremore christianorum fidelium in partibus illis orientalibus commorantium, et praesertim quantum turbationis periclique impendeat ciuitati Vestrae Constantinopolitanae ex parte infidelium Teucrorum, partes illas non tam occupare, quam subuertere cupientium; de quibus dum edocti fuissemus, non potuimus non compati his infoelicibus et minacibus christianorum rebus, tum zelo fidei, tum uero illius insignis ciuitatis amore, quae quidem ciuitas praecipua adhuc et fere sola restabat inter infidelium fauces, pro tutela et perfugio afflicti populi christiani. In quibus sane rebus, licet occulta Dei iudicia animis mortalium semper extimescenda reputemus, utpotè qui iustitia impares, meritisque infirmi, sola gratiae eius abundantia conseruamur. Datum tamen est hominibus inbecillibus hoc praecipuum inter angustias remedium, ut circa omnes aduersitatum minas, in spe non deficiant, sed in animi fortitudine perseuerent, erigantur fiducia, mentis ueró constantia roborentur. Nihil enim in rebus ac ruinis hostilibus pusilliammitate (a második i ki van törölve) nocentius,

nihil periculosius, quam de diuina benignitate desperare. Quae profecto et si a Magnifica Vestrae mentis et animi conditione procul abesse non dubitemus, nihilominus uisum est nobis fiducialiter hac exortatione fraternitatem vestram commonere, ut videlicet inter hostiles minas, illosque inimicos insultus fortem geratis animum, né deficiatis in spe, neue ab defensionis audatia declinetis, expectantes é proximó salutare principum christianorum auxilium, porró in quorum animis tám fidei, quam salutis Catholicae amor semper et cupido uersatur. Scripsimus enim per eosdem Nuncios Vestros, primum ad Sanctissimum dominum nostrum Summum Pontificem Romanum, ac deinde ad plures alios huius fidei orthodoxae principes, ut huic Vestrae necessitati, ac rebus angustis, opportuno succursu opitulentur. Nos uero qui a parentibus in haereditariam aduersus infidelium arma, curam, successimus non obmittemus pariter pro nostro Jure, more et debito, congruam his rebus prouisionem cogitare. Datum Wiennae ciuitate ducatus nostri Austriae, die XVI Mensis January. Anno domini M. quadringentesimo, quinquagesimo tertio.

III.

V. László király levele Oleznyczai János Lubló és Podolia kapitányához, melyben az ez által Jiskra János ellen emelt vádakra válaszol s megírja, hogy ezután mint cselekedjék. Pozsony, 1453. Február 3.

Responsalis ad Capitanevm Liblovienseın.

Superscriptio.

MAGNIFICO JOHANNI DE OLESZNICZA LIBLOVIENSI ET PODOLIENSI. CAPITANEO NOBIS DILECTO.

Ladislaus etc. Magnifico Johanni de Oleznycza Libloviensi et Podoliensi Capitaneo, Salutem et fauorem. Querelam Vestram, ac caetera quae contra Johannem Gyskra scripsistis intelleximus, non parum condolentes, si quae aduersa, in Iniuriam Serenissimi fratris nostri domini Regis Poloniae, undecunque illatae (igy) prouenerunt. Et quidem, licet praefatus

Johannes Gyskra, hactenus sub nomine nostro, in partibus illis Scepusiensibus officium capitaneatus se gessisse asseruerit, multa tamen etiam subditis nostris iniuriosa intulit, quae audire sine displicentia non potuimus. Quamobrem non incredibile uidetur, si etiam ad illam partem vestram, suis et suorum mansionibus uicinam, aliquorum forté familiarium eiusdem incursus se se protenderint. Quod si factum est, fatemur expressé, et dicimus ea, quaecunque in Iniuriam et damnum praefati domini fratris nostri Regis Poloniae, et suorum subditorum acta et irrogata sunt, non esse nec fuisse de uoluntate, commissione et scientia nostra; quinpotius nobis in animo est, pacem illam et beneuolentiam fraternam, illaque amicitiae federa, quae ab olim inter progenitores Nostros, et dominos Poloniae Reges, eorumque Regna hincinde uicissim (uti didicimus) habitae, tentae atque firmata fuere, né obseruare, sed magis ac magis deinceps confirmare. Quapropter ecce cum praefato Johanne Gyskra nunc super factis suis in tractatu stamus, ut ea, quae ex parte sui, et suorum fuerunt, uel futura essent impedimenta, omninó cessent et reformentur, quae si ordine concordiae tollere et reprimere non poterimus, adhibebimus euestigió cum consilio praelatorum et Baronum nostrorum aliud remedium huic rei, quo pacem et quietem illis partibus parare et reducere ualeamus. Tempore autem intermedio si aliqui malifactores, tenutis vestris, aut subditis praefati domini Regis Poloniae, nocumenta et damna inferre et irrogare conabuntur, poteritis securé talium incursibus opportuna resistentia obuiare, et defendere aduersum eos illos subditos domini vestri, qui vestrae protectioni sunt commissi; dummodo inter haec nostri subditi per uos non offendantur, qui videlicet in hac parte innoxy sunt, et nihil aduersi meruerunt. Datum Posony die tertia Mensis February. Anno dominj Mmo, CCCC^{mo}, quinquagesimo tertio.

IV.

Kázmér lengyel király, és Litvánia nagy herczegének levele V. László Magyar, Cseh stb. országok királyához, melyben a két szomszéd ország alattvalói által egyik a másikon elkövetett igazságtalanságok megvizsgálása és megszüntetése végett a két ország nagyjai által tartandó értekezletet javall.

Troky 1453. Február 5.

Serenissimo Principi domino Ladislao dei gratia Hungariae, Bohemiae etc. Regí, et duci Austriae, fratri nostro charissimo: etc.

Ex parte domini Regis Poloniae etc.

SERENISSIMO PRINCIPI domino Ladislao, dei gratia Hungariae etc. Regi et duci Austriae, fratri nostro charissimo. Kazimirus eadem gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, et haeres Rusciae etc. Foelices ad uota successus, cum augmento omnis boni. Serenissime Princeps frater noster charissime; Ex litteris Vestrae fraternitatis pridem nobis praesentatis, intelleximus querelam, quam Janussius Oszwyanczinus, et Przmilaus Tostensis duces, contra nos, et Regnum nostrum, Vestrae detulerunt fraternitati, quasi à Nobis et Regno nostro, multae illis, et terris eorum irrogarentur aduersitates et oppressiones hostiles. Non est autem frater charissime moris nostri aut conditionis, nedum duces praefatos, quos propter eorum genitoris merita, speciali prosequebamur beneuolentia et fauore, sed nec quoscunque alios finitiuos, (így) armis opprimere aut uexare, cum diuina miseratio nobis amplas terras et dominia subiciens, alieno nos concessit non egere, sed et duces ipsi, quamuis nos, et subditos nostros crebro bello lacessissent, non arma nostra, sed clementiam et mansuetudinem saepenumero experti sunt, quae illorum iuueniles animos, ut nos amplioribus prouocarent bellis, irritauit et accendit; Nacti siquidem opportunitatem, plagam Regni nostri, quae peste crudeli tunc allidebatur, illis vicinam et contiguam, licet cum altero eorum pacem perpetuam, cum altero sufferencias recenter firmatas, et nusquam etiam alias per eum custoditas, haberemus, omni belli genere, spolys videlicet captiuationibus et incendys, aggressi, contorquebant, dum

et nos Baronesque et milites nostros, metus Epidimie in loca remota secedere cogisset; Non illos fedus pacis, non absentia nostra, non fulminans pestis, non litterae nostrae, et Praelatorum, Baronumque nostrorum, non aequitas illis oblata a porsecutione belli reuocarunt; Et licet nostra, et nostrorum fidelium potentia, bellum huiusmodi potuissemus rescrindere, (igy) et iusta induere arma, in hanc tamen diem magis repullimus bellum, quam intulimus, quo effectum est, ut Castri et terrae Ozwyanczinensis possessio, in nostram concederet ditionem, dux tamen Tostensis, cui omnia aequitatis et iustitiae media per nos oblata sunt prioribus damnis et Iniurys non contentus, bellum contra nos, et Regnum nostrum continué instaurant; Et pridem non nostrorum solum ex Craccouia, sed ex Wratislauia Mercatorum bona magni ualoris in strata publica occupans, accepit, nec potest quiescere, quin nos et Regnum nostrum grauibus infestinationibus et iniurys prouocet et irritet, quae omnia facile Vestra Fraternitas ex copia diffidationum his inclusa agnoscet ut pro suis operibus iustiorem indignationem V. F. quam interpositionem mercatur. Caeterum exponimus V. F. Quod et anno transacto, per Pancratium, et anno praesenti, per quendam Walgatham Vestrae fraternitatis subditos et terrigenas terra nostra Scepusiensis pluribus incommodis, spolys, et igne vexata est, nec aliqua reformatio, aut cohibitio spoliorum secuta, licet illam litteris et Nuntys a Praelatis et Baronibus Regni Hungariae exegissemus; Sed et Nobilis Johannes Gyskra de Brandis V. F. Capitaneus, praefatum Walgatam hostem nostrum, pro suo familiari computat, asserens illum, omnia facinora in nos, et terram Scepusiensem commissa, suo scitu et iussu egisse, prout Fraternitas Vestra ex copia literae, Magnifico Johanni de Czyzow, Castellano et Capitaneo nostro Craccouiensi scriptae, agnoscet; Nec abs re haec tot et tanta grauamina per Vestros nobis illata, ad Vestram Fraternitatem notitiam deducimus; ut Fraternitas Vestra tollerantiam et mansuetudinem nostram possit in animum inducere, et ut horum malorum quae patimur, effectualis fiat reformatio, prouidere, Possemus siquidem Vigore inscriptionum Aui vestri foelicis recordationis, domini Sigismundi Romanorum Imperatoris, quorum etiam copias facimus inclusas, damna et Iniurias nos-

tras facili compensatione resarcire, nisi nos Regnorum hungariae et Poloniae uetus liga, Vestrae quoque Fraternitatis respectus, uti Jure concesso prohiberent, Ne' igitur huiusmodi damnorum et iniuriarum procella hactenus per nos tollerata, maiores edat et subministret, (si compressa non fuerit) dissensiones, et federa Regnorum abroget et disrumpat, placeat iuxta inscriptionum tenorem, ad loca designata, Praelatos et Barones Vestros hungariae transmittere, ut cum Praelatis et Baronibus Regni nostri, quos etiam mittere offerimus conueniendo, possint pluribus rebus in superioribus gwerris deformatis, iuxta Inscriptionum tenorem, decisionem imponere; Damna quoque et iniurias vtrinque inter subditos nostros commissa pro stabilimento et instauratione pacis perpetua reformare Datum in Troky dominica in die Sanctae Agnetis Virginis, Anno Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tertio.

Ad relationem magnifici Petri de
Sczekoczyny R. p. Vicecancellary.

V.

V-dik László Magyarország stb. királyának levele Kázmér Lengyelhon királyához, melyben a csek Valgata és társait saját alatt-valójának el nem ismeri, hanem olyannak, ki mind a Magyarokon, mind a Lengyeleken elkövetett rablásból él; végre az indítványozott s mind a két nemzet nagyjai által tartandó értekezletre, Augustus hó első napját tűzi ki. 1453. Bécs Martius 4.

SERENISSIMO PRINCIPI DOMINO KAZIMIRO, DEI GRATIA REGI POLONIAE, AC MAGNO DVCI LITHVANIAE, ET HAEREDI RVSCIAE, etc. FRATRI NOSTRO CHARISSIMO.

Ladislaus etc. Serenissimo principi domino Kazimiro eadem gratia Regi Poloniae, et Magno duci Lithuaniae etc. fratri nostro charissimo. Salutem et prosperos ad uota successus. Serenissime princeps frater charissime. Paratior occasio coram posita intercesserat, ut priori loco causam nostram proponeremus, apud Fraternitatem Vestram, qua proposita ex aduerso responderemus; quandoquidem audiri prius, post Judicari con-

uenientius putabamus, in his praesertim rebus, inter quas ante passi sumus Iniurias, quum quidnam Iniuria sit ad plenum cognosceremus; Verum tamen deferre sorti, quae accidit, dignum duximus, et cum preuenti simus in querela, uicem responsionis, quam Fraternitas Vestra exigit prosequemur; Siquidem nudius tertius accepimus litteras Fraternitatis Vestrae, amici federis, et beneuolentiae uicissim debitae bene memores quarum tenore perlecto collegimus; Idonea recte ad nos affectionis Vestrae et charitatis principia, eo quod aduersis quibusdam (uti fertur) ac irritantibus rebus, fraternitas Vestra non ultionem parare uelle, sed reformationem commissorum, fraterna a nobis requisitione uidetur exposcere. Tetigit autem Fraternitas Vestra in primis defacto illorum dominorum duorum, in quorum partem nuper auditis in priuato querelis eorundem, miseramus Fraternitati Vestrae scripta nostra, in eum certe finem, ut clementiori gradu vtrinque ad pacem reformandam pergeretur. Auidi quippe quietis publicae in omni differentia concordiae partem consectari optaremus, ne qua inquietudo animum Vestrum solicitet, quae nobis cum Fraternitate Vestra semper futura esset diuidua. In qua quidem re quia Fraternitas Vestra oppulenta quadam excusatione defendit partem suam, de propositione autem et responsione aduersa non plene informati sumus, libentius nunc pacis sequestrum, in hac parte agemus, quam Judicem, id tamen nobis ad eam rem optimum videretur, quod certe gloriae Vestrae, honorique pariter non parum conduceret, si Fraternitas Vestra differentiam ipsam in manibus honestorum Arbitrorum reponeret, qui sine bellorum strepitu illam dissensionem de medio submouerent; quoniam licet Fraternitas Vestra conatibus aduersis illorum ducum (si quos praetenderent) incorporabiliter superiori virtute possit occurrere, speciosius tamen et laudabilius, ac simul commodius erit, erga eos solita mansuetudine quam ui armorum uti. Ita enim publice persuasum didicimus, quod omne agens in alterum, etiam si interdum viribus secundis ageret, ex eo solo quod agens est, necesse erit ut aliquo detrimento afficiatur. Disponimus autem simili exhortatione etiam partem alteram propediem commonere, uti animum manumque ab armis reuocet, ac iuxta exigentiam ipsorum meriti

uel demeriti opportuna pacis media non aspernentur, utque officys potius quam armis more progenitorum suorum, cum Fraternitate Vestra decertent. Subiungebat consequenter Fraternitas Vestra in altera parte litterarum suarum conquerendo de quibusdam damnis et iniurys, quas notificat tenutis et subditis suis, per quendam Walgata Bohemum, et suos complices in terra Scepusiensi irrogatas, appellatque Nocentes ipsos terrigenas nostros et subditos esse. Sonora quidem est apud wlgum Serenissime frater, sed certe prae postera haec notificatio quaerelarum, utque magis aperte loquamur, multo serius intercessit quam expectatione nostra, et Vestrae fraternitatis beneuolentia dignum erat, dum videlicet querelas ipsas, uindicta diu iam ante praecessit, et ultro prius expetita est, quam reformatio petita fuisset. Non erat igitur opus vltas significare querelas, exacta damna repetere, ac pene oblitas per Vestros inscriptiones appellare, nobis certe iustior querela, nobis damnorum repetitio dignior, et inscriptionum Veterum aequabilior appellatio competit, quippe qui ex parte Capitanei Vestri Liblouiensis, contra iustum et aequum, ac contra pacis et amicitiae federa, non modo Iniurias passi, sed et non parum desuper delusi sumus, qui cum nuper, per similium querelarum significationem, operto quodam et recondito vlciscendi proposito, petisset a nobis aequam illatorum damnorum compensationem, non expectans amica responsa nostra, non aequitatis oblationem, non denique promptitudinem ad omnem pacis viam considerans princeps conuolauit ad arma, et non inferentibus damna, sed nostris simul pacientibus bellum indixit, pepercit communibus hostibus, diffidauit afflictas uillas, et magis afflixit, facibus, ferro, preda, spolys, innocentes subditos nostros affecit, omnemque veteris pacis usum, quantum in eo fuit in hoc nostri regiminis exordio, conatus est facere deteriorem, intenditque, ut audimus continue magis excusare culpam, quam culpa uacare, Nos uero e contra in hisce querelis vestris, recta excusatione releuamur, dum nihil recognoscere possumus, quod in damnum vel Iniuriam Fraternitatis Vestrae de nostra, uel praelatorum et Baronum, aut etiam subditorum nostrorum voluntate, commissione, uel consensu actum esset, praesertim in illis nocumentis, quae ex parte antefati Walgata Bohemi,

et suorum complicum nobis obiciuntur, hic enim nec noster subditus, nec terrigena est, vti Vestra Fraternitas putat, sed sui Juris predo, qui aeque nostros uti vestros subditos paribus insultibus quatit, nisi forte id nobis uitio uertitur, quod Iniuriarum huiusmodi participes, communia cum Fraternitate Vestra nocumenta supportamus; Verum si ex aduerso nos, ea quae subditi Nostri ex parte uerorum terrigenarum Regni Vestri passi feruntur, explicare voluerimus, dispar profecto erit Iniuriarum vtrinque allegatarum collatio, etiam si nunc praetermissis alys, utpote alio loco et tempore numerandis, sola haec nocumenta, quae a praefato Capitaneo Liblouiensi, et suis sodalibus illata sunt pensitabimus; Is enim in nullo prouocatus a Nobis uel a Nostris, sed ex quadam fauentis sibi excusationis latebra auctoritatem summens, excessum suum, alienis excessibus purgare aggressus est atque idcirco forte prior facere Iniuriam properauit, quam nisi fecisset, pati posse uerebatur. At nobis longe aliena mens a proposito tali et fuit et futura est, qui non relatione Iniuriae, sed purgatione ac emendatione, omnia complanari cupimus, quique beneuolentiae, et rerum debita dissimilia reputamus; Nouimus enim res datas eum mox non habere qui reddidit, beneuolentiam autem, et qui refert habet, et qui habet, eo ipso quod habeat, refert, quam certe nos etiam praefato Capitaneo Vestro, ad ea omnia quae pacis sunt, aperte in responsalibus literis nostris significauimus, prout ex copia earum hic inclusa, poterit Fraternitas Vestra intueri. Vidimus posterius in reliqua parte litterarum Fraternitatis Vestrae, qualiter vigore inscriptionum condam dominj Sigismundi Imperatoris Aui nostri (ut uerbis uestris utamur) damna et Iniurias Vestras possetis facili compensatione resarcire, Nisi vos Regnorum Hungariae et Poloniae uetus liga, nostraeque fraternitatis respectus uti Jure concesso prohiberent etc. In hoc si quid nobis delatum est, aut nostro respectu remissum, magnas habemus gratias Fraternitati Vestrae, quam in id ipsum certe semper obligatam credidimus, sed non videtur Jam opere precium, ut pro futura damnorum praedictorum compensatione vos soliciti sitis, Jam enim vti praemisimus eam prius factam nouimus, quam Jure fieri posse edocti fuissemus; Nec autem ex copia Inscri-

ptionum praefati condam dominj Sigismundi Imperatoris ad nos missa, id colligere potuimus, ut uigore earum illata ab alys damna, ab alys requirerentur, utque parceretur hostibus, et innocentes punirentur, quodquidem et Nouitas Regni amica progenitorum nostrorum societas, et super haec omnia, aetas et innocentia nostra, in nullo ut factum foret, merebatur; cum ex nostri, et nostrorum parte, nullius publicae iussionis processerit occasio, quae Fraternitatem Vestram Jure ad inferenda arma coegisset; In qua re id quoque non mediocriter cogitandum fuit, ut si fraternitas Vestra ob priuatorum quorumcunque excessus publice eduxisset gladium, nescimus quis ei finem unquam statuisset; Quamobrem, quia haec eadem, quae facta sunt, infecta fieri non possunt, et neque credimus inconsultos et praecipites vestrorum subditorum actus, de Vestra mente procedere, pacis inter haec nobisquam uindictae magis illecebra, placet, et ob hoc facile et beneuole consentimus requisitioni fraternitatis Vestrae quam in postrema parte litterarum suarum expressit, ut videlicet iuxta tenorem Inscriptionum veterum, ex utraque parte, eatur ad loca designata; Ibique praelati et Barones hincinde deputandi, inprimis super omnibus Iniurys et damnis vtrinque proponendis, aequo arbitrio decisionem faciant, ac deinde omnium dissensionum seminaria succidant, et alia quoque necessaria pertractent, quae ad perpetuae pacis ab olim indictae, restaurationem conducere videbuntur. Vt autem nihil interueniat, quo ista res atque pacis uia suspendi, uel produci possit, deputamus ex nunc terminum super his pro dieta in locis praetactis tenenda, octauum diem festi beati Jacobi Apostoli *) proxime uenturi; Ita tamen, si idem ipse terminus Fraternitati Vestrae competens ad id uidebitur; Alioquin stabit in arbitrio et electione Vestra, diem et terminum pro dieta ipsa magis congruum notificare, de quo quam cicius per F. V. certificati fuerimus, deputabimus ex parte nostri Barones Regni notabiles ad dietam ipsam cum mandato sufficienti, atque ad omnes res praetactas accommodo; Tempore autem intermedio, disponat et committat fraternitas Vestra (uti aequum est) omnibus suis subditis ab

*) Augustus 1.

armis Regno nostro aduersis discedere; Nos uero, e regione parati essemus ex nunc identidem committere, si sciremus quoscunque nostros subditos et terrigenas, arma hostilia aduersum Vestros assumpsisse, Nihilominus committemus exsuperabundanti, ut et si qui essent auctores eiusce propositi, protinus ab intentione resipiscant; Et finaliter in omnibus mentem sinceram offerimus, ad priora pacis federa obseruanda; In quibus quoniam hactenus, quasi quodam amico uinculo, atque amoris mutui copula, horum duorum Regnorum Incolas, uti fratres cum fratribus, pax ipsa consociauerat, malelibenter haec eadem nostri parte intercidere, aut certe deterere patiemur. Datum Viennae die quarta Mensis Marty. Anno dominj M. CCCCmo. quinquagesimo tertio, Regni autem nostri Anno tredecimo.

(Vége következik.)